



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 7. Lucii obitus. Eugenius III. Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. A.C. 1145. habuit, sicut ante complurium aliarum, ab iisdem ad se scriptarum, quibus nullum responsum dedit. Contra Papæ Legatos, quos inter Guido Pisanus, Cardinalis & Cancellarius fuit, perbenigne excepit.

## §. VII.

*Lucii Obitus. Eugenius III. Papa.*

**E**x quadam Epistola Lucii Papæ, ad Petrum Abbatem Cluniacensem, vigesima secunda Septembris, anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, data, dispicimus, eum cum Rege Siciliae consultasse, & pepigisse inducias. In eadem epistola Papa a Petro Abbate petit, ut sibi monachos tredecim mitteret, qui Romæ sedem figerent. His dedit Monasterium S. Sabæ, S. Gregorii ætate fundatum, quo Regulæ vigorem reducerent, ea conditione, ut ista Congregatio sub Regimine Abbatis Cluniacensis esset. Hæc ex Bulla, decima nona Januarii anno millesimo centesimo quadragesimo quinto Indictione octava data cognoscimus.

*ep. 1.**ep. 6.**Papebr.  
Conat.*

Lucius Papa rebus humanis eripitur, decima tertia Februarii anno eodem, postquam in Pontificatu menses undecim & dies quatuor transegisset, atque in Ecclesia Lateranensi sepultus est.

Nec

Nec mora, altera die decima quarta Sæcul. XII.  
 Februarii Cardinales, in Ecclesia S. Cæ- A.C. 1145.  
 sarii congregati, Lucio defuncto Ber-  
 nardum ad S. Anastasium Romæ Abba-  
 tem subrogant. Erat natione Pisanus,  
 quondam illius Ecclesiæ Vicedominus.  
 Inde Ordini Cisterciensium adscriptus,  
 aliquamdiu Claravalle sub Disciplina  
 S. Bernardi versatus est. Cum deinde Vit. S. Bern.  
 Atenulphus, Abbas Farvensis in Italia, III. c. 7.  
 aliquot monachos a S. Bernardo ex- n. 23. ep. ap.  
 petiisset, novam Congregationem condi- Bern. 343.  
 turus, isque, ut obsequeretur Abbati,  
 Bernardum Pisanum cum quibusdam  
 aliis in Italiam misisset, Innocentius  
 Papa illos sibi retinuit, quibus Mona-  
 sterium S. Anastasii Romæ ad aquas Sal-  
 vias, a se reparatum, tradidit, & Ber-  
 nardum Pisanum Abbatem esse iussit,  
 anno millesimo centesimo quadagesimo.  
 Inde ergo evocatus & ad Papatum pro-  
 motus ipsa electionis die ad Palatium Cod. Vatic  
 Lateranense deducitur, in Apostolica ap. Baron.  
 Sede pro more ponitur, & Eugenius  
 Papa tertius nominatur; qui cum se-  
 quente die Dominica in Basilica S. Petri  
 ordinari debuisset, comperto, quod  
 Senatores statuissent, electionem suam  
 vi adhibita retractare, nisi Jura Senatus,  
 quæ invaserant, eis auctoritate Apo-  
 stolica confirmaret, noctis silentio cum  
 paucis Cardinalibus Roma egressus, in

Sæcul. XII. Arcem Monticelli se se in tutum rece-  
A.C. 1145. pit. Congregatis vero altera die cun-  
 ctis Cardinalibus, qui ob metum furen-  
 tis populi in diversa sparsi fuerant, ad  
 Farvense Monasterium cum sua familia  
 perrexit, ubi die Dominica sequente,  
 nempe in Sexagesima, decima octava Fe-  
 bruarii, consecratus est. Exinde in Ca-  
 thedra S. Petri annos octo & quatuor  
 menses sedit.

## §. VIII.

## S. Bernardi Epistolæ.

Ep. 237. Ubi electio Eugenii tertii ad notitiam  
 S. Bernardi pervenit, ad Cardinales  
 & Episcopos Curia Romanæ epistolam  
 dedit in hæc verba: *Parcat vobis Deus,  
 quid fecistis? hominem sepultum ad lu-  
 cem revocastis. Hominem mundi tumul-  
 tus fugientem iterum turbis & negotiis  
 implicuistis. Qua igitur ratione, quo  
 consilio, defuncto Papa, repente in homi-  
 nem rusticum irruistis? cur excussa e  
 manibus securi & ligone ad Palatium tra-  
 xistis, ut in Cathedram elevatum pur-  
 pura & bysso indueretis? Ridiculum pro-  
 fecto videtur pannosum homuncionem as-  
 sumi ad præsidendum Principibus, ad im-  
 perandum Episcopis, ad decernendum de  
 Regnis & Imperiis. Non nego id mira-  
 culo potuisse contingere, præsertim cum  
 ex ore multorum audiam, digitum Dei  
 hic*